



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Desiderium, & Amor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

Desiderium, & Amor.

ABsorbeat quæso,
Domine, mentem meam ab omnibus, quæ sub cælo sũt, ignita, & melliflua vis amoris tui, vt tibi soli inhæream, solaque tuæ suauitatis memoria pascar. Descendat, Domine, descendat, precor, descendat in cor meum odor tui suauissimus, ingredia-
tur amor tui mellifluus. Veniat mihi tui sa-
poris

S. Augo
Medio.
cap. 35.

162 *Die Mercurij*

poris mira, & inenarrabilis fragrantia, quæ sempiternas in me suscitet concupiscentias, & ex corde meo producat venas salientis aquæ in vitam æternã. Immensus es, Domine, & ideò sine mensura debes amari, & laudari ab ijs, quos tuo pretioso sanguine redemisti. Si enim sponsa sponso tanto conglutinatur mentis ardore, vt præ magnitudine amoris nulla perfrui valeat requie cari sui absentiam non sine magno dolore

re

Desid. & Amor. 163

re ferens: qua rogo, dilectione, quo studio, quo feruore anima, quam desponsasti tibi in fide, & miserationibus, debet diligere te verum Deum, & pulcherrimum sponsum, qui nos amasti, & saluasti; qui pro nobis tot, tanta, & talia fecisti? Dulcissime, benignissime, amantissime, carissime, pretiosissime, desideratissime, amabilissime, pulcherrime. Trahe me ad te, vt curram post te in odorem vnguentorum tuorum;
curram

*S. Aug.
Medit.
cap. 37.*

164 *Die Mercurij*
curram, & non deficiã
te trahente, te ducente
me currentem. Trahe
os sitientis te animæ in
superna fluêta æternæ
fatietatis; imò trahe
me ad te fontem viuũ,
vt inde pro çaptu meo
bibam vnde sēper vi-
uam, Deus meus, vita
mea. Tu enim dixisti
ore tuo sancto, & be-
nedicto: Si quis sitit,
veniat ad me, & bibat.
Fons vitæ, da sitienti
animæ semper bibere
ex te: vt secundũ
sanctam, & veridicam
promissionem tuam de
ventre

Desid. & Amor. 165
ventre meo fluāt aquæ
viuæ. Fons vitæ, reple
mentem meam torrē-
te voluptatis tuæ: Ine-
bria cor meum sobria
ebrietate amoris tui,
vt obliuiscar quæ va-
na sunt, & terrena, &
te solum iugiter habeā
in memoria mea, sicut
scriptum est: Memor
fui Dei, & delectatus
sum.

Igniculi pietatis.


S Vrge, amica mea, *psal. 76*
speciosa mea, & ve-
ni,

166 *Die Mercurij*
ni, columba mea in fo-
raminibus petrae, in
cauerna maceriae, ostē-
de mihi faciem tuam;
sonet vox tua in auri-
bus meis. *Cant. 2.*

Ecce sponsus venit,
exite obuiam ei.

Matt. 25.

Venerunt nuptiae a-
gni, & vxor eius præ-
parauit se, & datum est
ei, vt cooperiat se bis-
sino splendenti, & can-
dido. *Apoc. 19.*



PCST

dignè te laudare, & diligere, tamque fideliter seruire, & placere tibi ad gloriam tuam, quantum omnes, & singuli tã Angeli, quam homines te laudant, & diligunt. Et propterea etiam in horum omnium vnione laudis, ac amoris, offero, & resigno tibi meipsum per suauissimum cor tuum, in omne beneplacitum tuum, ad gloriam tuã, quomecum, meque ita facias, vt ablata in me omni rebellionẽ erga te, sola tua sanctissima,

H 2 atque

172 *Die Mercurij*
atque laudabilissima
voluntas semper in me,
de me, per me, & in
omnibus fiat.

P E T I T I O .

*Idiora
contem.
cap. 10.*

O Clementissime
Dñe Iesu Chri-
ste, amicos tuos viui-
ficans amore, extende
ad me peccatorem mi-
serabilem tuam exupe-
rantem dilectionem, vt
te diligam pro dono
tuo, & modo meo mi-
nus quam iusto. Nam
etsi quātum debeo nō
pos-